

ei differentia distinguit sub figura. s. vie petra spinarum, & terra bone. Primi tres inuuliter audiunt, quia primi secundum Chriſt. quaſi negligentes, & yagi, ſecundi quaſi debiles, & aridi, tertii quaſi voluptatis, & mundanarum reru ſerui à bono deſiſtunt, quarti verò auditores, quia contra prædicta ſe muniant debita cautela, & memoria contra primos, fortitudine, & deuotione contra ſecundos, contemptu mundi, & ſollicitudinis contra tertios, ideo tenaciter verbum Dei recipiunt, & fructum boni odoris aſſerunt in præſenti, per quem conſequentur præmium centuplum in futuro. Sunt et quidam omnibus iſtis deteriores, qui nec aure cordis (vt Greg. ait) nec corporis, verbum Dei dignantur audire ſed magis delectantur in fabulis, & vanis ſermonibus, de quibus 2. ad Tit. 4. A veritate, inquit, apoſtoloſ, auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur, quia dies feſtos totaliter in vanitatibus, ratiocinijs placitis mercantijs deducunt, de quorum ſalute non multum eſt ſperandū, ſicut nec infirmi medicinam non volētis. Timendum valde eſt de illis, ne forte ex Deo non ſint, dicente domino Io. 8. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo nō eſtis. Quare omni diligentia curemus verbum Dei attentē, & vtiliter ſuſcipere, vt centuplū eius fructum conſequi mereamur. Tantum de primo.

Quibus  
ſeminis  
bus ani-  
ma no-  
ſtra ſteri-  
le ſcit.

Semē cecidit in terram bonam &c.  
Vt terram noſtram bene diſponamus ad duplicis ſeminis, verbi ſ. & gratiæ, vtilem ſuſceptionem, congruit ſcire, quibus ipſa ſterileſcit, vt ſic diligentius ad horum eradicationem laboremus, ſecundum illud Poetii lib. 3. metro. 1.  
Qui ſerere ingenuum volet agrum, Li-  
berat arua prius fructibus Falce, ru-  
bos, ſilicemq; relecat. Quamuis autē omnia peccata agrum noſtræ animæ, à fructificatione impediunt, per morta-  
le tamen peccatū penitus fit ſterilis, & infecundus, quod vt magis deteſtemur, & caueamus, videndum eſt, quanta no-  
bis damna inferat vnum mortale pecca-

tum. Colliguntur autem in compendio quadraginta ſeptem horribilia damna. Sed ſauendo breuitati ſufficiat hic quatuor numerare. Primò nanq; peccatum mortale tollit gratiam, & charitatem, ſine qua nemo placet Deo, & diſtū eſt in introductione, altiffimo odio habet peccatores. Ecc. 13. & ita neque gratos, neq; charos. Per hoc autem, quod homo perdit gratiam, per peccatum ſeparatur à Deo, cui per gratiam fuit coniunctus, ſecundum illud Eſa. 59. Peccata veſtra diuiferunt inter vos, & Deū veſtrum. Spiritus enim ſanctus non ſolum gratiam dat ad ſe cōuerſis, ſed primum donat ſeipſum, ſecundū illud Ro. 5. Charitas Dei diſſuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Hunc ergo auertit peccatū, ne ſanctificatiuē inhabitet. Separat & à cōmunionem ſanctorum, & eccleſiæ, vt merito per charitatē cōmūnia peccatorū non contingant. Non. n. poteſt membrū mortuū capere influxum corporis viuētis. Coniungit autem diabolo, & obligat peccatorē debito mortis eternæ: Dux ſiquidem ſunt ciuitates ſecundum Au. in de ciui. Dei lib. 14. cap. 28. celeſtis, & Babylonica, præter quas alia non eſt. Vnde, qui eiicitur de celeſti Hieruſalē, fit ciuis Babylonis, cui præſidet diabolus. Quod verò fit debitor mortis, habetur ad Ro. 6. Stipēdia peccati mors.

Secundū dānū eſt, quoniam mortificat animā, & omnia opera eius. Primū patet per illud pſal. 14. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. Et ex præmiſtis planē ſequitur, quod cum gratia auferat ſpiritū ſanctū animā viuificantē. Secundū patet per illud Sap. 4. Impii ſi videantur ſcelices, era dicabūtur tamen, & fructus eorum inutilēs. Cuius ratio aſſignatur, quia vita ſecunda vniueſaliter præſupponit vitā primā 2. de anima. Cū ergo peccatū auertit primā vitā animæ, per quā anima viuūt ſpiritualiter in eſſe ſupernaturali, & gratuito, ſequitur, quod tollat vitam ſecundā. operationem meritoria. Vnde patet, quod quamdiu homo peccato mortali eſt obnoxius, omnia opera ſua bo-

Secundo  
mortifi-  
cat ani-  
mam.